

AD D. FERDINANDVM IMP.

Cesarem fratrem tuum suscepto perijisse) Mosem
mitterem. Mirabilis uerò Deus in operibus suis.
Ecce cōmodum se offert Reginaldus Polus, Ro-
manæ Ecclesiæ purpuratus Senator, qui Germa-
nia iter in Angliam faciens, colligit suppeditatis
necessarijs ad illud iter ipsum Mosem. quumq̃
is ad Danubij usq̃ confinia uenisset, audit Vuid-
manstadium à tua Maiestate in Cancellariatus
gradum fuisse accersitū & promotū. Vt ad eum
est profectus, statim unà D D. Gienghero &
Iona apud te huius rei satagentibus, Mosi, imò
CHRISTI in Mosesh negocium fuisse ita apud
tuam Maiestatem dispositum, ex ipsius literis in-
tellexi, ut nil aliud obstaret, nisi typographiæ or-
dinandæ curatio, quin statim res in suum finem
duceretur. Admonueram enim, rogaueramq̃
ipsum Mosem, quum illi literas illas ad Vuidmā-
stetterum dederam, quarum fide & suasione ho-
minem agnouit, & opus suscepit, ut statim ad me
scriberet, quem successum rerum suarum ipse in-
uenisset: quod & fecit, ubi primū potuit, & ex-
posuit quoniam in loco & æstimatione penes
Cancellarium nuper factum, sed maximè penes
Maiestatem REGIS Romanorum res essent, ita
ut non nisi difficultate ordinandæ tantę molis of-
ficinæ retinerentur. Hoc ubi audiui, non potui
mihi temperare quin statim, meo auxilio hoc ne-
gocium promoturus & curaturus, aduolarem.
Insperantibus itaq̃ & ipso Cancellario & Mo-
seh, ut optimè in Epistola qua tuæ Maiestati o-
pus Christiani Euangelij (cur enim Christianum
per